



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

IV. Qualia iacentur Charistica Luthero-caluinistarum mendacia?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

AT Concilium illud habet Consen-  
sum Græcorum ac Latinorum Episco-  
porum ibi congregatorum: qui Arme-  
nos à numero Personarum in Diuinitate,  
& Sacramentorum deflexisse con-  
uicerunt, ex ipsorum met antiquis in-  
corruptisque codicibus: sicque eos con-  
uerterunt.

Quām falsò idem, ad duo Sacra-  
ta solum docenda, dectorqueat Patres,  
vide Bell.c.27.

## QUÆSTIO III.

*Quæ de Ceremonijs falsa imponuntur Ca-  
tholicis?*

KEMNITIUS in Exam.p.1 pag.157.1. Conc. Tri-  
dentinum adprobasse quoscunque Ritus ab ho-  
minibus excogitatos, quamvis ab surdissimis.

Idem Caluinus in Antid.Trid.

AT solum ab vniuersali receptos  
Ecclesia; contra quos disputare, ait S. Aug.  
ep.118. *infelicitas est insanie.*

2. Afferunt ritus, qui pugnant contra Verbum  
Dei.

3. Papa, aiunt, potest immurare instituta  
Christi.

4. Grande peccatum, quicquamvis in cere-  
moniis immutare.

Idem Caluinus in Antid.

5. Anteponunt humanas ceremon. diuinis  
præceptis.

Idem Caluinus Inst. 4.c. 10. Confess. Aug.  
Apolog. ar.15.

6. Putant sine his cerem. Sacraenta vim &  
efficaciam non habere.

7. Singulis cerem. vim tribuunt spirita-  
lem.

8. Aliquis efficaciam Sacramentalem. Sic  
& Lutherus hom. vlt. de bapt.

Et contrarium habet in Capt. bab. c. de Ord.

9. Praferunt ceremonias Christi Sacra-

mentis. Idem Caluinus in *Antidot.*

10. Tertul. & Cyprianus ex errore Montanista-  
rum docuerunt exorcismum & Vnctionem habere  
effectum spiritalem.

11. Cyprianus & Cornelius tribuerunt Vnctioni,  
efficaciam baptismi: teste Magistro sententiarum;  
qua opiniones dein sunt correctæ. Falsa omnia &  
conficta.

12. Caluinus Inst. 4.c. 10. §. 9. 12. In ceremo-  
niis præcipuum Dei cultum ponunt.

Sic & Confess. Aug. ar. 26. §. 15. Istis homi-  
nes iustificari.

Vide hæc refutariia meo *Lutherocalu. par. 3.*

q.19.

## QUÆSTIO IV.

*Qualia sunt baptismalia Lutherocalui-  
nistarum mendacia in  
nos?*

1. DE baptismo Flaminis mentitur Kemnitius  
in Exam.p.2. fol. 90. 91. affrere Augustinum, La-  
tronem in cruce sola fide, Christum apprehendentes,  
iustificatum esse.

Cum dicat, fide & conuersione cor-  
dis ad Deum esse iustificatum.

2. Ibidem mentitur; Cyprianum ab Augustino re-  
futari; quod credidisset Martyrium eo modo iustifi-  
care, quo baptismus.

Cum Augustinus laudet ab hoc Cy-  
prianum.

3. Idem quoad fidem infantum in baptismo singit  
Synodam Vittenb. Lutheranorum consentire cum  
Lutheris; & hunc eum S. Augustino: requiri in eis fi-  
dem: Et Conc. Trid. contrarium Concilio Viennensi  
decernere.

Falsa omnia.

4. Lutherus in assert. ar. 2. affingit S. Augustino, do-  
cere cum, Peccatum in baptismo remitti, non ut non sit;  
sed ut non impetratur.

AT Ioan. Roffensis eum mendacijs  
conuicit.

Nihilominus postea Melanch. in *Apolog. art. 2.*  
*Confes. Augustiana*, repetit idem.

AT conuictus ab Eckio fatetur er-  
rorem: anno 1580. tamen in libr. Con-

Mm cor-



*cordia pagin. 59. id ipsum repetunt.*

5. Kemnitius in Exam. ad sess. 7. Can. 7. quam in fanda affingat Tridentino, vide in Lutherico-cal. par. 3. quæst. 27.

6. Idem in Exam. sess. 7. Can. 10. Nos negare, posse hominem per pœnitentiam redire ad gratiam baptismi.

At quin sit redditus per pœnitentiam docemus; per baptismum verò negamus.

*Ibid. Nos in peccatis post baptismum nisi propria contritione & satisfactione.*

At his nitimus instrumentaliter: Christi & Sacramenti virtute principali.

*Ibid. Cum Lutherus dicat memoriam baptismi dimittere peccata, post eum facta: Concilium sententiam deprauasse, quas dixisset, per funditoriam & histriani.*

At ipse Concilium deprauat; nam hoc ait sola memoria & fide baptismi.

7. Magdeburg. Cent. 1. l. 2. c. 6. Fingunt Baptistam baptizasse in nomine S. Trinitatis.

At nusquam id scriptum est.

## QVÆSTIO V.

*Qualia tacentur Charistica Lutherico-calvinistarum mendacia?*

Calvini in Antidoto Conc. Trid. sess. 7. can. 2. Olei qui faciat mentiopem nemo est ex reveribus imo nec ex media illa atate, quæ iam multis viatis abundabat.

At Tertullianus, sub annum Christi 176, lib. 1. contra Marcionem: Ille neque aquam Creatoris respuit, quos suos abluit; neque oleum, quos suos ungit. Aug. l. 5. contra Donat. c. 20, sub annum 380. Cypr. Cyril.

2. Cal. ibid. Can. 3. Patres Tridentinos vocat astinos, porcos, &c.

Infusit. 4. l. 19. §. 8. Verbum Unctorum est, nullam prouisionem in baptismō percepisse; quia in agnib[us] instruantur.

At sui cuique Sacramento proprii sunt effectus, teste Melchiade Pont. in baptismō regeneramur ad vitam; in Confirmationē armamur ad pugnam.

3. Cal. ibid. §. 10. Nonne se Donatistæ producunt vim Sacramenti à ministri dignitate astimant?

At Donatistæ dignitate probitis ministerialis requirebant; nos vero Ordinis Episcopalis, ut qui solus Confirmationem queat conferre.

4. Cal. ibid. de Melchiade Papa. O scilicet gum, tune pinguedinem factore dunt a xat anhelatum inquinatum, & verborum murmure incanitatum, ad des Christi Sacramento opponere, & conferre tamquam verbo Dei sanctificata: At parum hoc ipsum de tua improbitati, nisi etiam preferre. Hoc sunt Apollonica triposū oracula.

At Papa siuit sanctissimus, de quo in Aug. ep. 162. Qualis B. Melchiadis ultima est prolata sententia? quam innocens & ingra, quam prouida atque pacifica? &c. Om̄rum optimum! O filium Christi, a te paci! Patrem Christiane plebis!

5. Cal. ibid. §. 11. Ecce, preterita aqua, & nū numeros habita, unum Oleum in baptismō magis ciunt:

At l. 4. dist. 7. c. 2. dicitur Confirmationē nobilior baptismō rationē ministri Episcopi, & partis recipientis, qui in fronte datur: non tamen ideo absolute nobilior afferitur.

Kemnitius par. 2. Exam. pag. 298. Vnctio Christi ex schola Montani prodiit.

2. Tertul. & Cypr haec in re Montanista fuerunt.

3. Hieron. in dial. contra Luciferianos. hanc sententiam refutari.

At nullus inquam prodiit eam Montani hæresin fuisse: Esto; fuit Tertul. denique Montanista; non tamen omnina, quæ scripsit, erant Montaniana.

2. Ipse pag. 310. restatur, hunc errorē esse confitū ab antiquissimis Patribus, Tertul., Cornelio, Cypriano: Non ergo

